



# **Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten**

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere  
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen  
Verhältnisse]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1843**

LXXIV. Bischof Volrad von Halberstadt verkauft die Grafschaft Seehausen  
und vertauscht einige Schlösser zu Alvensleben und zu Hackenstedt an  
das Erzbisthum Magdeburg, den 13. Juni 1257.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

minus Archiepiscopus emeret proprietatem Episcopi Merseburgensis in uilla Hammerfleue, tunc dominus Halberstadenſis deberet dimittere predictam uillam ecclesie Magdeburgensi et recipere aliam uillam equiualem in reſtaurum. Item predice uille de iudicio habebunt recurſum ad aduocatum domini Halberſtadenſis et non ad alium. De unione uero eccleſiarum Magdeburgenſis et Halberſtadenſis ſic eſt tractatum. Capitulum Halberſtadenſe eliget Quatuor, et Capitulum Magdeburgenſe eliget Quatuor, qui tractabunt de unione eccleſiarum, qui Octo, ſi concordare non poſſent, eligent mediam perſonam (Abbatem de Sicheſ), qui eos concordabit (et ad quoscumque quatuor idem abbas declinauerit, illi parti ſtandum eſt). Si aliquis deinceps dominum Magdeburgenſem uel Halberſtadenſem impugnare uoluerit, premiſſa monicione ſex ſeptimanarum, quilibet alterum iuuabit manu forti, prout melius poteſt, ſi compositionem amicabilem uel iuſticiam quomodolibet alteri procurare non poterit, (exceptis nobilibus, cum quibus dominus Archiepiscopus eſt unitus). Caſtrum Clettenberg et redditus e. marcarum impheudatarum in reſtaurum Aluenfleue utriuſque caſtrorum et Hakenſtede. Item in recompensationem tercii caſtri Aluenfleue, quod Marchiones Brandeburgenſes tenent a domino Halberſtadenſi, dominus Magdeburgenſis dabit Caſtrum Arneſberg eccleſie Halberſtadenſi. Acta ſunt hec Quidelingeberg in domo fratrum minorum, preſentibus Hermanno maiore prepoſito Halberſtadenſi, W. Decano, B. vicedomino, domino C. de Dieſholte, domino R. Decano Magdeburgenſi, W. de kerberg vicedomino, domino C. de Sterenberg, (Alberto de Arnſten) prepoſito, Heinrico de Gronenberg, domino Wernero de Gudenberg, (Burchardo de Querenuorde). Nobilibus uiris S. comite de Blankenburg, B. de Querenuorde, V. de Craneevelt, Comite F. de kirberg, Heinrico de Alfleue Dapifero, G. de Wederde, L. de Efbeke, Erenfrido de Geuenſten (ſic), G. de Repekow, A. de Heimburg, Aluerico de Dunſtat, G. de Berwinkele et aliis quam pluribus, Anno domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LVII<sup>o</sup>. Idus Junii. Item ne cuiquam hec futuris temporibus ueniant in dubium, preſens forma domini Archiepiscopi Magdeburgenſis et ſui Capituli, nec non domini Halberſtadenſis episcopi ac ſui Capituli ſigillorum appenſionibus in euidentis teſtimonium eſt munita.

Nach dem Originale des R. Provinzial-Archives zu Magdeburg. Die ( ) eingeschlossenen Stellen sind in den ersten Entwurf hinein corrigirt.

**LXXIV.** Biſchof Volrad von Halberſtadt verkauft die Graſſchaft Seeauſen und vertauscht einige Schlöſſer zu Alſenleben und zu Hakenſtedt an das Erzbisthum Magdeburg, den 13. Juni 1257.

Volradus, dei gratia Halberſtadenſis eccleſie Episcopus, Omnibus preſens ſcriptum inſpecturis ſalutem in domino ihesu cristo. Notum eſſe uolumus tam preſentibus quam futuris, quod, cum eccleſia noſtra Halberſtadenſis tanto debitorum onere grauaretur, ut discre-

tis et prudentibus uiris de ipsius ruina irrecuperabili timor esset, considerato maiori dampno, quod super solucione debitorum, circa possessiones Ecclesie nostre uendendas, fieri unquam posset, tandem in eo nostrum et Capituli nostri resedit consilium, per uenditionem Comicie in Sehufen Ecclesiam nostram minime grauari ad debita persolyenda. Recognoscimus ergo et tenore presentium protestamur, quod, cum debitorum onera nimium nos arctarent, Comiciam in Sehufen speciali circa hoc favore, quem circa Ecclesiam Magdeburgensem a multis retroactis temporibus habuimus et habemus, inducti, potius ei, quam cuiquam alteri, vendere uolumus et apud ipsam Ecclesiam Magdeburgensem manere, quam Comiciam domino Rodolpho Archiepiscopo Magdeburgensi et Ecclesie sue uendidimus liberam, et non infeudatam, pro Quatuor Milibus et Quingentis Marcis, cum omni iure et attencis suis, sicut ipsam habuimus et tenuimus multis annis, excepto eo, quod uilgariter Goschap dicitur in uillis subnotatis: Ottenleue, Bekendorp, Hornhusen magnum, Emeringe Antiquam uillam Oscherfleue, Wegerfleue, Andefleue, Brandefleue, Nendorp, Hamerfleue, quas subesse uolumus Advocacie nostre in Oscherfleue pleno iure ita, ne nomine Comicie tam in his uillis aliquid attemptetur, preter quam si aliqui in his uillis manentes proprietatem suam dare uel uendere uellent, optionem habeant, coram Comite, uidelicet Domino Magdeburgensi Archiepiscopo hanc proprietatem dandi, uel coram nostro Advocato in Oscherfleue terminandi. Vendidimus eciam duo castra in Aluenfleue, unum quod ab antiquo domini Episcopi nominatum est, aliud, quod bone memorie dominus Geuehardus de Aluenfleue edificauerat, cum feodo Castrensi, et Castellum, quod Hakenstede uocatur, cum officio et redditibus uacantibus, et sicut tenuit bone memorie Episcopus Meinhardus, quando de Episcopatu cessit. Pro Castro uero in Aluenfleue, quod Marchionum Brandeburgensium uocatur, in commutationem recepimus Castrum Magdeburgensis ecclesie, quod Arnesberg uocatur, quod nobis dedit et tradidit dominus Rodolphus Magdeburgensis Archiepiscopus, Capituli sui accedente consensu. Recepimus eciam in hac uenditione Castrum Clettenberg cum Centum Marcarum redditibus infeudatis, quod nobis et nostre ecclesie tradidit et dedit dictus dominus Archiepiscopus de consensu sui Capituli et uoluntate in ius et proprietatem perpetuam perpetuo possidendum. Adiecimus eciam in hac uendicione huiusmodi condicionem, quod prelati nostri et Clerici nostri, nec non et Ministeriales Ecclesie nostre, ea libertate gaudere debent, qua, dum nostra fuit comicia, usi sunt et quam circa eos consueuimus obseruare. Concordauimus eciam cum domino Archiepiscopo, promisso dato hinc et inde, ut consilio et auxilio tempore hoc requirente simus mutuo adiutores, hoc uidelicet modo, ut si quandoque aliqua inter nos et quoscumque alios aliquid iniurie uel turbacionis, quod querimonia dignum sit, ortum fuerit, et id forsitan nos contingat, si dominus Archiepiscopus per modum amicitie nos cum illo non poterit concordare, ammonicione de Sex Septimanis apud illum premissa, dum a nobis fuerit requisitus, in manu potenti uiriliter nos iuabit. Nos eciam omni et eodem modo ei tenebimur uersa uice. Excipiuntur autem ab hac obligatione Illustris princeps, Comes Aschanie, et nobiles omnes, cum quibus dominus Archiepiscopus iunctus est fide data et presuto iuramento. Id eciam inferi uolumus, quod de omnibus supra memoratis Warandiam

prestamus domino Archiepiscopo Magdeburgensi et Ecclesie Magdeburgensi, uidelicet de Comicia in Schufen, cum iuribus et castris et omnibus supra nominatis, et Warandare debemus ubicunque et quandocunque requisiti fuerimus et necesse fuerit domino Archiepiscopo et Ecclesie Magdeburgensi. Hoc etiam inter nos dictum est, et consensum super eo dedimus, si dominus Magdeburgensis Archiepiscopus bona et proprietatem ecclesie Merseburgensis, in ulla Hamerfleue sita, emerit, uel cum aliis bonis commutauerit, ipsam villam cum eisdem bonis retinendo ad Comiciam, recipiemus alteram eque bonam. Ad hec alie munitiones in prefata Comicia de nouo edificari non debent, nisi que nunc edificate existunt. Et ne hec cuiquam futuris temporibus ueniant in dubium, presentem super eo literam, nostro et Capituli nostri, nec non domini Archiepiscopi Magdeburgensis et et Capituli sui sigillis fecimus roborari. Testes huius sunt Hermannus Prepositus Halberstadenfis, Wiggerus Decanus Halberstadenfis, Burchardus vice dominus, Cono de Desholte, Hermannus de Cruceburg Scolasticus, Canonici Halberstadenfes, Roperus Decanus Magdeburgensis, Wernherus vicedominus, Conradus de Sterenberg Albertus de Arnsten Prepositus, Henricus de Gronenberg, Wernherus de Gundenborg, Borchardus de Qverenuorde, Canonici Magdeburgenses, Et laici nobiles viri, Comes Sifridus de Blanckenburg, Borchardus Buregravius de Quereuorde, Otto de Hademersfleue, Geuehardus de Gronenberg, Volradus de Cranecuelde frater noster, Henricus de Aliffleue Dapifer, Gerardus de Wederden, Ludeco de Esbeke, Gerardus de Reppechowe, Erenfridus de Giuekenstein, Heidenricus de Seburg Camerarius, Arnoldus de Steckelenberg, Bertoldus de Grafhorft, Hillebrandus de Bertensfleue, Conradus de Schufen, Halto de Hertbecke, Tidericus de Gatersleue, Johannes de Berge, Johannes de Lindowe. Insuper interfuerunt nobiles viri Comes Fridericus, Wernerus de Schereubeke at alii quam plures. Actum Quidelingeburg, in domo fratrum minorum, Anno domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LVII<sup>o</sup>., Idus Junii, Pontificatus nostri anno secundo.

Nach dem Originale des K. Provinzial-Archives zu Magdeburg. — Fehlerhaft abgedruckt in Walthers Singular. Magd. III, 54. Scheidt Ann. und Zusätze 911. Ludewig Reliqu. Misp. II, 230. König Spicilegium ecclesiae cont. I, 281. Woyzen, hist. Mag. III, 20.

**LXXXV.** Bischof Volrad verspricht dem Erzbischofe von Magdeburg, zur Erlangung des Consenses zur Veräußerung der Grafschaft Seehausen, seitens des Erzbischofes von Mainz, behülflich zu seyn, sowie die gegen die Markgrafen von Brandenburg, wegen deren Behauptung der Grafschaft Seehausen, erlassenen oder noch zu erlassenden geistlichen Straferkenntnisse ohne Consens des Erzbisthumes nicht zu hindern, am 13. Juni 1257.

Volradus, dei gratia Halberstadenfis Ecclesie Episcopus, omnibus presens scriptum inspecturis Salutem in domino ihesu cristo. Ne ea, que legitime a nobis aguntur, tollat obliuio, placuit ipsa scriptare testimonio commendari. Recognoscimus igitur et presen-